

# S V B T I L I S S I

M A E L E G I S , N E Q V E

N a t a l e s . C . D e P r o b a t i o n i b u s . &  
e i u s g l o s . ( q u æ a r d u æ p r o b a n d i m a  
t e r i æ c l a u i s & p r i n c i p i u m e s t , )

N o u a & u t i l i s I n t e r p r e t a t i o ,

R e p e t i t i o , a t q u e e x a m i n a t i o ,

i n q u a p r æ c i p u æ I u r i d i c è

p r o b a n d i L e g e s & R e

g u l æ s u c c i n c t è e t q u o

d a m o r d i n e t r a

d u n t u r ,

P H I L I B E R T O B O N E T I O

*Iur. Doct. & in Belliocen. & Dombarum*

*Bailliatu pro Rege ordinario Iudice, ac*

*generali locumtenente Autore.*

L V G D V N I , A P V D S C I P I O N E M

*de Gabiano, sub signo Fontis.*

C V M P R I V I L E G I O A D T R I E N N I V M .

A N N O M . D . X X X V I .

ILLVSTRISSIMO  
 DOMINO SVO, DOMINO  
 ANTHONIO DE BVRGO, FRANCIAE  
*meritissimo Cancellario, Philibertus Bonetius*  
 S. D. OPT.



V M (GALLIAE IVDICVM  
 princeps dignissime) Proba pro-  
 bare, & Improba cancellare, Iu-  
 re tuum sit, Et. l. Neque natales. C.

de prob. cum sua (parua in quantitate, magna tamē  
 in uirtute) glos. nouissimē his feriis uacans, reco-  
 luerim pauloq; alius repetierim, ibique praecipuas,  
 omnibus cum practicis, tum theoreticis, scitu necessa-  
 rias, legitimē probandi regulas, utcunque ordinatē  
 & succinctē disseruerim, Illud meū iuridicē pro-  
 bādi quaecūque opus, Illustrissimae tuae potestati,  
 sapiētissimae doctrinae, ac studiosissimae probitati,  
 probandum aut improbandum, dicare & dirigere,  
 cum omni reuerentia & humilitate praesumpsi.  
 Quod te si benignē suscipere & probare cognoue-  
 ro, animum ad meliora, nimirum augebis. Vale.

# Exordium ubi<sup>s</sup> I N T E N T I O .



V A N D O omnium iuris & facti controuersiarum ueram iustamq; decisionem ex legitima ipsorum facti & iuris probatione pendere, unicuique notum sit: adeo etiam ut ius uerè competens in foro & iudicio humano deficiente probatione deficiat. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tute. Et contra uerè incompetens stante probatione in eo foro competat. l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic. presid. Omnes cum praticos tum theoricos legitime probationis normas & regulas in primis scire oportere manifestū est. Quare his à foro uacationibus (quibus ne quid temporis sine fruge recedat, aliquam iuris materiam recolere & examinare soleo. Cū enim sarcinam iusti negotij nullus imponit, ueritati contemplan- de uacandum est, ut ait Augustinus.) Hanc. l. neque natales. C. de probat. que cum sua glo. totius legitime probandi materie est basis, mihi recolendā & paulò altius repetendam assumpsi, ubi ipsas iuridice probandi leges & regulas, scilicet precipuas et ex quibus ferè omnes dependent alie, utcumq; ordinatè & succinctè tradere decreui.

# Sequitur ergo

SUMMARIA TEXT.  
& Glos. Lectio, Cum prima parte  
materiae, Scilicet, Quid sit legitima  
probatio & quotuplex.



**C**APITULO IGITUR  
text. huius legis, neq; natales. C.  
de probat. In quo breuiter dici-  
tur: Illud quod probare possis,  
te esse ingenuum, non continet  
idoneam probationem pro inge-  
nuitate filiae tuae, quā nil prohi-  
beat te esse ingenuum, & eā esse ancillam. Partus enim  
quo ad conditionem liberalem aut seruilem, sequitur uen-  
trem, seu matris non patris conditionem, ut supra de rei  
uend. l. partum. Ex quo text. nostro dicit glos. in uerbo  
cum nihil. not. arg. quod non probat hoc esse quod ab  
hoc contingit abesse, facile scilicet & frequenter. Si uerō  
sunt duo talia quorum unum non est sine altero, uel raro  
est, frequenter uno probato probatur & reliquum. hoc  
est breuiter, quod dicunt text. & glo. Ex quibus aureis  
uerbis, ad cognoscendum quid necessariō aut presumpti-  
ue probet, & quid non, elicio quatuor notabiles re-  
gulas. **P**RIMA est, quod probat necessariō hoc esse,

Text. & gl. sum-  
maria lectio, cū  
quatuor regu-  
lis ad cognoscē-  
dum quid pro-  
bet & quid nō.

A S quod

L V G D V N I  
EXCVDEBAT IOAN  
NES BARBOVS,  
A L I A S L E  
NORMAND.

ANNO M. D. XXXVI.

